

Protestatio obedientiae facta a Priorissa s. Mich. de Zebete Abbatisse Aquensi. Ex charta lacera Tabularii Monast. S. M. Aquensis.

55 MCCXXV....(1)
Anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo indictione V. . . . die lune XXI. madii apud Cenobium s. Marie de Aquis presentibus domino Anselmo Aquensi Episcopo, Bono Johanne Abbate s. Petri Aquis Presbyteri Arnaldo Agradei, & Aquens. & Toto-bono Monaco dicti Monasterii s. Petri, testes rogati, domina Helena Priorissa s. Michaelis de Zebete de ultra Pado confitens illam Ecclesiam, & prioriam dicti s. Michaelis subesse monasterio sancte Marie de Aquis, domne Cilie Abbatisse ejusdem monasterii, & ejus nomine recipienti fecit obedientiam; unde ipsa Abbatisa, & Episcopus jusserunt fieri.

Ego Petrus Not. S. P. rog. hanc car. scripsi.

(1) Pertinet ad annum MCCXXVIII. indictione II. qua dies lune concurrebat cum die XXI. maii. Anselmus autem infulas tenuit usque ad an. MCCXXXI.

Electio Ministræ Ecclesiæ s. Michaelis de Bosco facta a Monialibus ejusdem Eccl. Ex Tab. Mon. S. M. A.

56 MCCXXXI.
Anno a Nativitate Domini millesimo ducentesimo tricesimo primo indictione decima die Dominico primo mensis marcii in Ecclesia s. Michaelis de Bosco domina Helena monaca, & soror ejus Ecclesie, seu monasterii consensu, & voluntate D. Contisse sororis, & Monace ejusdem Ecclesie, & consensu, & voluntate Presbyteri Arnulfi clerici, & fratris suprascripte Ecclesie, seu monasterii ad honorem Dei, & Beate Marie semper Virginis, & s. Michaelis Archangeli, & omnium Sanctorum Advocatorum elegit, nominavit, constituit D. Imuldum (forte Vimuldum) ejusdem Ecclesie, seu monasterii monacam, & sororem in prioriam, & ministram sepe dicte Ecclesie, seu monasterii, & salvo consensu, & voluntate Avance sororis, & monace sepe dicte Ecclesie & salvo jure, & honore domine Abbatisse Aquensis, quod, & quem habet, vel videtur habere in confirmando, vel confirmandis prioris, seu ministris suprascripte Ecclesie, seu monasterii &c. Interfuerunt testes Oglerius de Frascarolio, & D. Anricus Comes, & D. Bonifacius, & D. Henricus de Belengeriis testes.

Ego Bertolotus Fortianus S. P. N. interfui.

Terminatio confinium nemoris Moirani inter civitatem Aquis, & commune Montisboni. Ex Tabul. Civit.

57 MCCXXXV.
Anno Dominice Nativitatis millesimo ducentesimo trigesimo quinto indictione VIII. die mar-

tis XII. mensis junii in Valle Potazani presente Aicardo Affolle, Persivallo, Henrico Pipero, Henrico Abbarum, & Jordano Cazulo placuit, & convenit inter Henricum Cortessum, & Moxardum consules de Montabono

Ad presentiam, & consensum D. Villelmi Sivoletti, & cum ejus auctoritate Villelmi Ciconie, Araldi Cazole q. Andulsi de Fonte Magistri, & aliorum bonorum hominum de Montabono ex una parte, & D. Amizonum de Busto Aquensem potestatem ex altera nomine, & vice communis Aquis se se compromiserunt in Henricum Blancum, Ottonem Morengum, Aquideum Bonziam, Vincentium de Braida pro arbitris de omnibus litibus que inter commune Montisboni & commune, & homines Aquis vertebantur super confinibus, & coerentis boschi Moyrani versus Potazanum Henricus Blancus &c. sententiando proferunt, quod boscus Moyrani versus Potazanum &c. tales habeat confines scil. fossatus perignol usque in plano juxta Gandulfum de fonte Mulacium per directum usque ad fossatum vinearum, ita quod sit rectus in capite fossati, sicut est via, & via illa usque ad illam Gandulsi de fonte, & Melacie. Item ibidem inferius sicut designat pringia boschi de fossato vinearum per directum usque in plano Roche Martini, & ab illo plano, sicut designat per directum usque ad rocam Rapariam versus boscum Moyrani a principio usque in finem, salva sorta una terre cultivate, que est communis Aquis, & est continua bosco usque in Potazano, & a Pringia illius roche Rapere usque ad testam terre Villelmi Ciconie, sicut sunt termini usque ad Scarranum discoopertum Gandulsi de fonte, & ab illo Scarro no, sicut est usque ad viam ipsam, usque ad fossatum secus pira posta, sicut designat, & est boscus per directum usque ad fossatum Culi, & cum via ad planum. Infra scripti consules D. Sivoletus &c. duas 40 cartulas &c.

Ego Egerzius Palat. Not., ego Henricus Notarius &c.

Venditio terrarum hominibus de Bellomonte proposita ab Abbatisa Aquensi. cum Episcopi consensu. Ex lacera membrana Tab. M. S. M. A.

58 MCCXXXV.
Anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo quinto indict. VIII. die sabbati primo Kalen. decembris dominus O. de Puteo Potestas Nicie, & cunctum consilium ejusdem loci de majore parte collectum fuit in concordia habere raptum (raturum) & fecerit (firmum) quidquid voluerit facere D. O. Potestas Nicie de terris estimatis hominibus de Bellomonte per Ambaxatores communis Alexandrie, que fuerant domine Abbatisse de Aquis cum illa Abbatisa nunciis 60 assolvendo in illo consilio dictas terras dicte Abbatisse hominibus de Bellomonte, quibus extimate erant dicte terre precepto domini O de Puteo potestatis Nicie; unde dictus O. potestas Nicie pre-